



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XCI. De Fratре Helmerico Magistro terrae Prussiae An. MCCLXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

mis armigeris viris bellicosis, & in armis strenuis construxerunt. Itaque non patebat aliqua via intrandi aut exeundi obsessis: Quot autem impugnationes, quot pericula, quot inediae, quot defectus intolerabiles obsessi fratres & alii in dictis Castris sustinuerunt, nullus ad plenum sufficeret enarrare. Compulsi enim fuerunt, postquam oves & boves, porcos & vaccas & equos plures non haberent, comedere pelles eorum, summam necessitate ipsos ad talia perurgente. Tanta fuit in hoc cibo inconveto pellium duritia, ut multi fratres Comedentes eas dentibus sunt privati.

CAP. XCI.

De

*Fratre Helmerico Magistro terræ
Prussia An. MCCLXII.*

FRater Helmericus terræ Pruschia Magister VI. præfuit III. annis, & sepultus in Ecclesia Colmensi. Hoc tempore præfuit Marschalcus Terræ Pruschia Fr. Theodoricus vir in armis strenuus & in Christo devotus.

CAP. XCII.

De

Desolatione Castri Resela.

FRatres de Castro Resela audientes, quod Castra Kunnigsberg, Cruceburg & Bartenstein essent à Pruthenis obsessa, timuerunt valdè & post multa consilia variosque tractatus habitos Castrum in Cinerem redigentes, per occultas vias solitudinis recesserunt. &c.

CAP.